



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

XXXVIII. Markgraf Otto II. bestätigt dem Domcapitel den Besitz der Dörfer Crelin, Mötzow und einiger Fischereien, am 6. Januar 1204.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

Dec. anno incarnationis Dominice MCCI. Indict. III presentibus Domino Bernhardo, Duce Saxonie, Domina Juditha Ducissa etc. —

Nach Beckmann's Anhalt, Hist. III, 396.

XXXVIII. Markgraf Otto II. bestätigt dem Domcapitel den Besitz der Dörfer Crelin, Mößow und einiger Fischereien, am 6. Januar 1204.

— Otto, dei gratia hujus nominis secundus marchio in Brandeburch, — ecclesie beati Petri, principis apostolorum in Brandeburch et preposito, canonicis et eorum successoribus in Brandeburch do et trado villam Crelin, mihi a Burchardo de Plozeke voluntarie resignatam, cum decimis, pactu, censu, servitio, advocatia et omnibus appendiciis; preterea Mokzow cum duobus tractibus in stagno versus et penes Mokzow cum piscationibus antique Mokzow et cum parvis piscaturis in stagnis, que dicuntur Middelfey et Rewensee*), ac gurgusta seu piscium capturas, que dicuntur Carpwere, et proprietatem aque directe in stagno a talibus gurgustis seu piscium capturis ducentorum et quadraginta pedum in longitudine et latitudine libere cum omni piscatione; insuper duas lacunas, unam in Obula in superiori parte castri, aliam lacunam Sancti Spiritus in stagno secus hospitale cum eorum tractibus et gurgustis seu piscaturis prope pontem de Cracow cum libertate et plena potestate, talia gurgusta Carpwere, et prope pontem de Cracow predicta meliorandi, sportas in eis ponendi et alia de novo gurgusta in eisdem construendi pro dictorum ecclesie, prepositi et canonicorum utilitate, sicut eis utile videbitur sine omni et cujuscunque contradictione, cum aquis, aquarum accurlibus et decursibus, piscium liberis transitibus de paludibus, stagno, Obula et lacunis predictis cum pratis, pascuis, graminibus, paludibus, lignis, virgultis, terris, campis, agris cultis et incultis, stratis, viis et inviis, exitibus et reditibus cum omni servitio et advocatia, limitationibus et eorum pertinentiis forinsecus et extrinsecus univervis. Quia ecclesia, prepositus et canonici predicti hec omnia ex donatione meorum predecessorum eis olim facta per multos annos libere et juste possederant, ego Otto marchio predictus recognoscendo et innovando eisdem trado et confirmo cum plenitudine hereditatis et proprietatis perpetuis temporibus libere habendum, nihil mihi, heredibus et successoribus meis reservando in eisdem omnibus et singulis premissis. Quicumque vero huic meo traditionis et confirmationis pagine in posterum contraire vel ea infringere attentaverit, viginti libras auri purissimi ecclesie Brandenburgensi irremissibiliter persolvat. Ut ergo hoc factum meum a memoria hominum non recedat, presens scriptum super hoc dando sigilli mei impressione roboravi. Hujus rei testes sunt Balduvinus, prepositus, Walterus, prior in Brandenburg, Heynricus, ibidem canonicus, Robertus, canonicus in Havelberge, Robertus, plebanus in Gorzeka, Herwigius, capellanus marchionis in Brandenburg, Heinricus, advocatus in Brandenburg, et Heinricus, pincerna. Acta sunt hec in urbe Brandenburg, anno dominice incarnationis M^o. CC^o. quarto, epacta XVII. indict. VII. concurrente II. VIII. idus Januarii. Amen.

Nach der Copie im alten Copialbuche.

*) Werden's Stifftsch. hat Plauensee.